Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



59.

et turbate sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarū: vocem dederunt nubes. Etenim sagitte tue transeunt: vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt coruscationes tue orbi terre. cōmota est et contremuit terra: In mari via tua et semite tue in aquis multis: et vestigia tua non cognoscent. Deduxisti sicut oues populū tuū. in manu moysi et aaron. Psalmus DD.

Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum. loquar propositiones ab initio. Quanta audiuimus et cognouimus ea: et patres nri narrauerunt nobis. Non sunt occultata a filijs eorū: in generatione altera. Narrantes laudes domini et virtutes eius: et mirabilia eius que fecit. Et suscitauit testimonium in iacob: et legem posuit in isrl. Quanta mandauit patribus nris nota facere ea filijs suis: vt cognoscat generacio altera. Filij qui nascentur et exurgent: et narrabunt filijs suis. Vt ponant in deo spem suam: et non ob